



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Ioannes Damascenus. 6. Maii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

II.
mā
m
re
des
xo,
vit.
e
pro
tis
nūs
am
em
sul
nō,
eti
ura
le
ost
GE
rr.
ii.
ge.
c
uci
rat.
ne
ent,
nt.
n à
ssi
da
ctè
on

6.MAI. *Vita Sanctorum.* 257
non pulchrius micare gemmas & uniones rata, quam in pauperis Christi centonibus. Iamque eò devenerat, ut decotia ingenti dote, necessaria ad vitam mendicare ipsa non sine risu improborum cogeretur. Sed laudavit Christus hanc prodigalitatem conspicuus, & iterum ditavit illis verbis: *Omnia mea tua sunt, & tua mea.* *Enim* verò tam opulentiam se ubi circumspexit IVTTA, effusior etiam dehinc vixit. Neque tamen redigi ad incitas potuit liberalis dextera. Iterum Christus illi visus potestatem fecit ex divite cordis sui ærario quas luberet opes depromendi. Illa Sapietiae sanctioris thesauros deprompsit, ut jam sine alio Doctore arcana fidei calleret, & in ipsa adyta sanctissimæ Triadis mulier se penetraret. Nimirum neque jam supremum ægram à Christo ad notas delicias invitatam miror, neque dubito animum membris solutum restâ in cœlos abiisse, cum versus hos in aërem abiisse inter preces, etiam cum corporis pondere legam. *Ex Bzov. to. 13.*
Ann. Eccl.

S. IOANNES DAMASCENVS.
6.Maii.

ETiam hic IOANNES, cui patria EDAMASCENO nomen fecit, inter VIRGINIS cultores in paucis est numerandus. Cum enim Saracenorum Duci

R à con-

258 *Vite Sanctorum.* 6. M A I I
à consiliis esset , calatum interim in
Leonem sacrarum imaginum hostem
strinxit, pulchrum existimans, pro MA-
TRIS capite manum suam objiceret.
Nam cum literas commentus impius
esset Imperator velut ab ipso IOAN-
NE scriptas, quibus Damascum prode-
re cogitaret, easque Saraceno transmi-
sisset, dextram hic scilicet detruncavit
innocenti. Sed precanti & ante icona
DEIPARÆ familiarius querenti, quod
ad pugnandum pro ipsius & Filii hono-
re inermis jam esset, ecce tibi auxilia-
tricem manum VIRGO porrigens, dex-
tram integerrimam restituit, relicta so-
lum in miraculi vestigium lineâ ruben-
te , quam rectius armillam nos dice-
mus. Hinc IOANNES sapientia san-
ctioris rudimenta inter Anachoretas
discere aggressus , magnos brevi pro-
gressus fecit. Fiscellas enim in patriâ
Iussus vendere, risui scilicet fuit, qui nu-
per omnium admirationi erat. Iam for-
des omnes in cœnobio illâ, illâ non
tam suâ quam VIRGINIS manu iussis
purgare , non dubitavit imperio obse-
qui. Quare manum tam nobili victoriâ
splendidam calamo denuò ipsa cœli
Imperatrix MARIA armavit, scripsitq;
illa quæ hodieque orbis onnis mira-
tur. Sed nimirum quæ reddidit, etiam
rexit dexteram. Ex lo. Patri. Hier.

S. FLA-